

locis eam secutus est, illi opinione, quam vno tantum in loco approbavit. Ias. in cons. 89. col. vlt. lib. 3. Soc. Iun. in conf. 128. num. 211. lib. 1. & Roland. in conf. 67. nu. 23. lib. 1. sic etiam illa opinio Doctoris praevalit & retinetur. da est. t̄ pro qua plus scripsit. Gomes. in §. 1. nu. 29. Institut. de actio. Neuz. in cons. 36. nu. 2. & Soc. Iun. in consil. 1. nu. 143. lib. 1. Ea propter illa opinio retinenda est, 45 t̄ quam Doctor vltimo loco affirmauit, & probauit. Ias. in l. si idem cum eo. §. vlt. ff. de iurisd. omn. iud. Curt. Sen. in conf. 72. nu. 41. & in consil. 73. nu. 40. lib. 1. presumitur. 46 enim posterior t̄ opinio diligentius considerata. Rom. in cons. 327. col. 2. & Neuiz. in d. lib. §. n. 32. prop̄ fine.

Illud obseruandum est, quod vbi dubia sunt opinio- 47 nes, illa sequenda est, que talias conciliat ad concor- diamque reducit. Neuz. in d. lib. 5. nu. 32. Gom. in §. cur- sus. nu. 14. in Inst. de act. Cor. Iun. in consil. 10. nu. 1. in fine. & Parisius in consil. 47. num. 76. lib. 3.

Est quoque considerandum quibus in scriptis Doctor opinionem illam affirmaverit. Nam sicut qui exsilitant 48 opinionem t̄ illam Doctoris esse retinendā probādā- que, quam is, ut iure respōdendo probauit. Ita sane Gomes. in §. quādam. nu. 27. in Inst. de act. Soc. Iun. consil. 23. nu. 1. lib. 1. Boet. in q. 155. nu. 24. & Alc. in respon. 263. in fine. Aliqui tamen verius esse dixerant, sequendā esse opinionem quam Doctor probauit docende legen- doque. Sic sane Parisius in consil. 10. num. 20. lib. 1. Ru- beus in consil. 127. num. 8. Soc. Iun. in consil. 56. num. 57. lib. 1. Craner. in tract. de antiqu. temp. in tercia particula primæ partis princip. nu. 48. Z. Ias. in lib. 1. singularium responorum. cap. 7. nu. 11. Sunt & alij, qui credunt probandam magis esse opinionem, quam Doctor in com- mentarijs, quos tractatus appellare solemus, affirmauit. Ita censuit Neuz. in d. lib. 5. sylva. nupt. n. 26. post Claudiū Seyell. in l. si idem cum eodē. §. vlt. ff. de iurisd. omn. iud.

Illud etiam obseruandum est, quod in consilii op- 49 nionem, t̄ qua aliquando esse solent inter sacros Theologos, & iuris Pontificij interpretates aliquia de dubitatio- ne, que ab eoru interpretatione pender, vt puta de contradicibus matrimonij, vel surarum, deferendū esse magis Canonis, & scripserunt post Ancharatum Alex. in conf. 1. col. 4. vers. et si aliqui. lib. 4. Neniz. in d. lib. 5. syl. nupt. num. 69. Paris. in consil. 67. nu. 31. lib. 4. In dubio etiam praevalit illa opinio, cuius Pontificium conuenit. Ita Decius in cap. Ecclesia S. Mariae. num. 32. de constit.

Est quoque annotandum, quod quando opiniones sunt adeo dubia, vt discernere veritas, iure suo 50 poterit index t̄ rem controversam diuidere. æqualiter inter contendentes, sicut obseruavit Imperator in l. & hoc Tiber. ff. de her. inst. Quia de re scripti in commentarij de retinenda posse fuisse in 3. remed. num. 755. vbi multorum auctoritate comprobauit.

Illud quoque omissendum non esse duxi, judice in ex- cussari, si omisla recepta communī Doctorum opinione 51 secutus est illam t̄ quam aliquando eius preceptor vera esse affirmauit. Ita Abbas in l. col. 6. vers. sed vide no- tabile dictum. de postul. Prælato. Fel. in c. 1. col. vlt. vers. quinto nota, quod iudex. de const. Soc. Sen. in consil. 44. col. 3. lib. 3. Petrasanct. in sing. 62. incipit, scholares, Pe- trus Rebuffus in tract. de privileg. schol. in priu. 74. & Thomas Feratius in caueta 31. qui post Ludovicū. Bo- lognū in Auth. habita. C. ne filius pro patre. in telligit quando preceptor ille erat vir doctus & solemnis. Est demum obseruandum, quod quādo Princeps commit- tit alicui causam diffiniendam, habito aliquius iuriscon- sulti consilio, is delegatus debet habere & sequi consilium illud, si modō constat coniecturis principem ip- sum delegantem voluisse se quendam esse ipsum consilium. Ita Comens. in consil. 35. Duo habentes. respon- dit Alciat. in consil. 377. omisla multis. num. 2. secundum impressionem antiquam Lügdunensem. Postro-

Principis delegatis mens multis conjecturis colligitur, vt apud ipsum Alciatum.

**Iudex in dubio aduersus fiscum an & quād presumptio sumere & indicare debeat, diligens & accurata explanatio?**

S V M M A R I V M .

1 Praesumptio in iudicio contra fiscum capitur.

2 Fiscus & si non regulariter, multis tamen in casibus est priuilegiatus.

3 Fiscus in casibus non priuilegiatus, iure communi vtitur, & priuato equiparatur.

4 Dos regulariter priuilegiata est, & in eo differt à fisco.

5 Fisco agente de lucro captando, aduersus priuatum de damno certantem, indicatur in dubio contra fiscum.

6 Titulus de iure fisci, quid traet.

7 Promincandum in dubio contra cum, qui agit de lucro captando, & ad commodum eius, qui de damno vitando.

8 Fisco agente, ex causa onerosa contra priuatum de causa lucrativa, pro fisco praesumptio est, & pro eo indicandum.

9 Donatio perfecta dici non potest, ex quo in contiouersta positum est, an donare quis potuerit, vel non.

10 Fisco & priuato pari in causa lucrativa existentibus, vtr praferatur, due sunt opinione, num. 11.

12 Fiscus cum priuato in parte causa onerosa certans vtrum praefatur, tres sunt opinione, num. 16. & 17.

13 Contendens priuatis, si parerint probationes pro reo pronunciandum est.

14 Sententijs dubius contrarijs latis, una pro fisco, altera pro priuato reo conuento, quānam præferatur, & c. nu. 15.

18 Fisco contendere cum muliere causa dotis, in dubio pro dote pronunciandum. Alia refertur opinio, num. 24.

19 Priuatus habens causam onerosam, præferatur fisco habenti lucrativam.

20 Dots causa semper est onerosa.

21 Priuilegiatis duobus concurrentibus, is qui priuilegium poterit habet, præferatur.

22 Dos habet potenter fisco priuilegium, & qua de causa. nu. 23.

25 Primipili munus quale fuerit.

26 Amone & causa totius exercitus robur est, & Reipub. salus.

27 Dotem & fiscum aliquando, & in quibus equiparari.

P R A E S U M P T . LXXII.

C Elebre est responsum Modestini in leg. non puto. ff. de iur. fisci. cuius verba hæc sunt: non puto delinquere eum, qui in dubiis questionibus contra fiscum facile responderit, ita legitur in Pandectis Florentinis, teste eruditissimo Antonio Augustino in lib. 1. emenda. iuris. cap. 3. recta lectio Alberici, qui sic legendum opinabatur. Non puto facile delinquere eum, &c. Quo sane responso Dynus, Bartol. & Alberic. annotatunt, in dubio t̄ capi praesumptionem contra fiscum. & idem affirmarunt Matthes. in notab. 72. & alij congregati Alciati in tract. de praesumptionib. reg. 3. praesumpt. 4. & à Didaco Conar. in lib. 1. variar. resol. c. 16. nu. 2. Ceterum quo difficultis & perplexa hac disputatio explicitetur, distinguenda, atq; constituenda sunt duo præcipua capita: quorum primum est, quando extat contentio inter fiscum, & priuatum, secundo quando est disputatio inter fiscū, & alterum priuilegium, vt puta mulierem ob dotis causam, vel ecclesiam, vel aliam his similē, singula haec capita distinguendo aliquot casus, explicabitur.

Prius tamen scindendum est, fiscum non esse t̄ reguliter priuilegium, sed certis, multis tamen in casibus, quemadmodum permoltes casus commemorant Franciscus Lucanus Parmensis in tract. de privileg. fisci. Mart. Laudenfis in tract. de fisco. & Affl. in tubr. de fratribus novo benefic. inuestis. nu. 15. in alijs vero casibus 3 in quibus non appetet clare priuilegatus, veitur t̄ iure communi: & propterea priuato equiparatur. leg. quod placuit.

placuit. ff. de iure fisci. & l. 1. C. de conduct. & procturat. præd. fisci. lib. 11. & scribunt glos. in l. item venient. §. in priu. Orum. ff. de petit. hered. manifeste Dec. consil. 531. num. 3. & apertius Soc. Iun. in l. 1. num. 19. ff. solut. matr. qui ob id differentiam constituit, & recte quidem, in ter fiscum, & dosem. nam dos t̄ est regulariter priuilegiata. fiscus vero in casibus lege expressis.

His sic premisis de primo distinct. capite differamus. Primum itaque est caput, quando est contentio inter fiscum, & priuatum, quo sane in capite distinguendi sunt aliquot casus.

5 Primus est, quando fiscus aduersus priuatū contendē agit de lucro captando priuatus vero de damno evitando, vtputa quando agitur de exigenda pena (causa hæc lucrativam probauit Dec. in l. in eo quod vel is. num. 4. ff. de reg. iur.) a priuato, qui delictum perpetrasse dicitur, vt quod eius patrimonium dicatur fisco delatum. hoc in casu in dubio presumitur, atque ita iudicari debet contra fiscum, ita omnium primus docuit Beluisius in l. 1. in fin. C. de cad. tollen. & si hoc scribit Comens. in l. 1. num. 11. ff. solut. matr. & secuti sunt ibidem Socin. Sen. nu. 8. & Ias. num. 37. Idem Ias. in §. si quis agens. in fin. in instit. de actio. & in consil. 39. num. 3. lib. 1. Felin. in c. pastoralis. num. 9. de re scriptis. Dec. in l. in ambiguis. de reg. iur. & in c. 3. de probat. Marfil. in rubr. C. de probat. num. 392. Ripa in l. 1. num. 4. & ibid. Parisius num. 12. vers. considera etiam. Soc. Iun. nu. 24. & Bolognetus num. 17. ff. solut. matr. Alciat. in respon. 522. in fine, Neuz. in lib. 6. sylva nuptia. num. 47. vers. item in dubio contra fiscum, egregie Iacob. Simancas in commentarijs Catholicarum institutionum in tit. 9. nu. 53. Didac. in lib. 1. variar. resol. c. 16. num. 1. & Hieron. Gabr. in consil. 173. in fine, lib. 2. & ij quidem moti sunt eo responso d. l. nō puto. quod loqui de causa lucrativa, sunt interpretati. est enim collocatum sub illo titulo de iure fisci, in q̄ agitur de bonis delinqentium fisco delatis, ob id sic in dubio debet interpretari, iuxta l. Imperator. ff. de in diem addict. sed mea quidem sententia, leuis est consideratio, cum & in eo titulo agatur de iure fisci in alijs casis, quam in his, de bonis delatis, sicuti in l. 3. §. Dini fratres. v̄lque ad finem. in l. si curator. in l. bonorum. in l. Titius. in l. res que. in l. si qui. in leui qui. in l. in fraudē. §. pen. & in l. vlt. agitur de cōtraibis venditionis, locationum, & similiū inter fiscum, & priuatos. Et accedit, quod ipse Modestinus in l. in summa eo. tit. de iure fisci, ita respōdit. in summa sciendum est, omnium fiscalium pœnarum petitionem creditorib. postponi. loquitur Modestinus, quando veram in dubio, alioqui si clara res esset, iniuria fieret fisco, & iohabuit Modestinus pro absoluto, in causis lucrativis, seu dictis penalibus, fiscū postponi creditorib. quare in d. l. non puto. si de his locutus esset, non dixisset ei non errare, qui in dubijs pronunciat contra fiscū: sed absolute dixisset, esse contra eum pronunciandum absolute. & accedit, quod alius est sensus d. l. non puto. quem considerauit Socin. Sen. in d. l. 1. & qui mihi probatur, vt infra dicemus. & interpretationem illam Beluisij, & Comensis manifeste improbarunt Alexander in d. l. num. 3. ff. solut. matr. & ibidem Ruin. nu. 4. & nu. 10. in fine. & Parisius. nu. 12. vers. & licet Jacobus, & Alciatus in d. præsumpt. 41. rectius causus iste probatur in d. l. in summa. iunct. l. quod placuit, eo. tit. Dixerat Modestinus, omnium fiscalium pœnarum petitionem creditoribus postponi. Papin. deinde subiunxit in d. l. quod placuit, quod placuit fisco non esse pœnam petendam, nisi creditores suum recuperant, eo pertinet, vt priuilegium in pœna contra creditorē non exerceatur, non vt ius cōe priuatorum fiscus amittat. Dixit Papin. fiscum non amittere ius priuatorum, hoc est, quod si clare appetat, creditoris ius suum acquisiuise, posteaquam co-

stat bona esse delata, atque ita quodammodo fisco que- sita, fiscus eis anteponatur, quia & quilibet creditor priuatus anteponetur, cum vero dubium est, secundum Modestinum, quis prior, vel posterior sit, fiscus vel cre- ditores, fiscus postponed creditoribus cōprobat sen- tentiam hanc responsum Alexandri Seueri in l. vnicā. C. de pēnis fiscalibus, lib. 10. rem suam (inquit Alexander) persequenteribus, pœna exactio postponed.

7 Et accedit ratio, quod in dubio t̄ pronunciandum est contra eum, qui agit de lucro captando, & ad com- modum eius, qui agit de damno evitando. l. non debet actori. §. in re obscura. ff. de reg. iur. quo loci Dec. scriptū reliquit, priuilegiū, qui tractat de lucro, postponed al- teri, qui tractat de damno. l. vlt. ff. ex quibus causis ma- jor. & scribunt Bal. & alij à Decio allegati, & ad rem cōfert tex. l. vlt. ff. sin autem creditores. C. de iur. delib. quo scripsit Neuz. in lib. 6. sylva nuptia. nu. 47. vers. item in dubio faueamus, fauendum esse in redubia ei, qui agit de damno evitando. Hoc in scālū intelligendum est, quod scriptum reliquit Plinius in Panegyrico ad Traianum. Cuius verba hæc sunt. quæ præcipue tua gloria est, s̄p̄ vincit fiscus, cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono principe. & accedit illud Iulij Capitolini in vi- ta M. Antonini cum dixit Imperatorem illum in causis compendij nunquam fisco fauisse.

8 Secundus est casus, quando t̄ fiscus aduersus priuatū contendens, agit de causa onerosa, priuatus vero ècōtra de causa lucrativa, hoc in casu pro fisco presumitur, atque ita pro eo iudicandum est, in dubio. ita glos. Odofredus, Lucas de Pena, Io. de Platea, & Iacobus Rebuffus in l. 1. C. de iure fisci. lib. 12. Ang. in §. illud quoque. in Auth. de triente, & semisse. Castr. in l. matr. C. de pro bat. Rom. in sing. 159. Agens hypothecaria. Salic. in l. 1. debitor. ff. de pign. Alex. in additio. ad Bart. in d. l. 1. C. de iure fisci. lib. 10. Antonius Corfetus in sing. in verbo actio hypothecaria. Affl. in rub. de fratribus de no- uo beneficio inuest. nu. 47. Soc. Sen. Bulgarinus, & Sey- fellius in l. 1. ff. solut. matr. & ibidem Parisius. nu. 13. Al- ciatus num. 6. & Soc. Iun. num. 21. & Didacus in lib. 1. variar. resol. c. 16. num. 2. vers. imo si fiscus. & ij quidem sic sunt interpretati d. l. 1. C. de iure fisci. lib. 10. Cuius verba hæc sunt, si priusquam fisci rationibus pater ve- ster obligaretur, perfectam prædictorū donationem fe- cisse fuerit probatus, quod citra fraudem creditorū ge- stum est, non rescinditur. hic constat, donatarios pro- bare debere prius perfectam suisse donationem, quam donator fisco obligaretur.

Cum tamen onus probandi obligationis prioritatem spectare debuitset ad fiscum actorem, sicut facit priuatus, qui agendo ex causa onerosa contra priuatum rem ipsam possidēt ex causa lucrativa, probare debet, ante donationem ipsi reo factam, sibi ius hypothecæ ad rem illam competere. l. in rebus. C. de donat. ante nupt. Et propter eam aliter statutum sit in fisco, in d. l. 1. di- cendum est, id contigisse, quia tribuitur aliquis favor fisco, vt si habet causam onerosam, præferatur priuato habenti causam lucrativam.

Ceterum Bar. in d. l. 1. & in l. qua nondū. §. quod d̄. in fine. de pign. scriptis in casu d. leg. primæ, id cōtingere fauore fisci, vt etiam ille, qui possidet teneatur probare rem suisse fisci prius obligatam. Et Bart. secuti sunt Bal. & Comensis manifeste improbarunt Alexander in d. l. num. 3. ff. solut. matr. & ibidem Ruin. nu. 4. & nu. 10. in fine. & Parisius. nu. 12. vers. & licet Jacobus, & Alciatus in d. præsumpt. 41. rectius causus iste probatur in d. l. in summa. iunct. l. quod placuit, eo. tit. Dixerat Mo- destinus, omnium fiscalium pœnarum petitionē creditoribus postponi. Papin. deinde subiunxit in d. l. quod pla- cuit, quod placuit fisco non esse pœnam petendam, nisi creditores suum recuperant, eo pertinet, vt priuilegium in pœna contra creditorē non exerceatur, non vt ius cōe priuatorum fiscus amittat. Dixit Papin. fiscum non amittere ius priuatorum, hoc est, quod si clare appetat, creditoris ius suum acquisiuise, posteaquam co-

Verum interpretatio hæc mihi nō placet, cum fiscus illo in loco non consideretur, vt fiscus priuilegiatus, sed vt creditor. Nam ipse Alex. subiungit, quod citra fraudē Tomus Primus. P credito-

creditorum gestum est, non rescinditur. Accedit, quod alia lege causum non reperitur, fiscum esse in hoc priuilegium, ob id, quod casus d. legis prima sit dubius, nō est in dubio tribuendum priuilegium fisco, sicut in huius disputationis initio diximus. Verius itaq; existimo, quod docuit Ruin. in d.l. 1. nu. 4. vers. vel tenēdo quod. f. solut. matr. in casu d. leg. 1. C. de iure fisci, esse credendum, quod fisci int̄it̄o erat fundata, quippe quod probatum fuerat, donatorem obligasse bona omnia fisco, & quod eo tempore obligationis h̄c bona donata erat in illius debitoris sive donatoris bonis, quare donatarius, qui contendebat sibi prius donata fuisse ipsa bona, quam obligarentur fisco, probare id debuit, atque ita nullum speciale est in d.l. 1. constitutum fauore fisci. Cum idem sit, & in priuatis quemadmodum explicat Ruinus, & idem probat ibidem Parisius nu. 13. Rectius ita causis iste probatur ea ratione, qua vbi sumus supra, quod in dubio præsumt, & pronuntiari debet pro eo, qui erat de damno evitando. Contra eum qui agit de lucro consequendo, Nec ad rem pertinet consideratio Parisij in d.l. 1. num. 13. solut. matr. cum dixit, quod in casu d.l. 1. C. de iure fisci, agebatur de damno ex parte donatariorum, ex quo erat perfecta donatio. Nam verius est non posse dici perfectam t̄ donationem, ex quo est possum in controversia, an donare potuerit, vel non, cum prius dicetur obligasse bona ipsa fisco. Et hic quidem casus procedit multò magis, quando intentio fisci est fundata, & nil appetet probatum ex parte priuati, iuxta sensum predictum Ruini ad d.l. primam. C. de iure fisci. Nam pro ipso fisco tunc pronunciandum est, etiam si adversarius sit in possessione, sicuti in specie annotarunt Herculanus, Pontianus, & Socinus, Ripa in d.l. ff. solut. matr. quos sic retulit, & lectus est Didac. in d.lib. 1. variar. refolut. c. 16. num. 7. in fin.

Tertius est casus, quādō tam fisci, quam priuati causa est lucrativa, exempli gratia, si vterque pretendit sibi prius donatum, vel hæredem in institutum. Afferri etiam potest exemplum, ut si per contractum, legem, vel sententiam pena aliqua pecunia alicui iudicata partim fisco, & partim priuato defertur, si contigerit damnatum nō esse soluendo, nec ex eius bonis posse solvi totam ipsam penam, sed dimidiam tantum. Hoc sane casu dubitatur an sit præferendum fiscus vel priuatus? Recepta est sententia t̄a pro fisco non præsumi, atq; ita pro eo nō esse in dubio præsumendum. Ita Guilielmus Cuneus, Jacob. Burtrarius, Bald. Ang. & Alex in l. rescriptum. ff. de pac. Negus, in tract. de pignoribus in 2. parte principali, in quarto mēbro. nu. 115. & Didac. in d.lib. 1. variar. resol. c. 15. nu. 8. quae testatur cōmūnem. Et iij quidem adduci sunt text. l. quod placuit. ff. de iure fisci, qui tñ non probat, si sensum, quem supra retuli, considerabimus. Afferri etiam lex 1. C. p̄c̄nis fiscib⁹ creditores præferri. lib. 10. Verum nil ad rem pertinet, cum loquatur eo causa, quo fiscus agit ex causa lucrativa, priuatus verò ex onerosa. Nam ibi creditor propriè dicitur, cui titulo oneroso quid debetur, vt scribunt Doct. in l. ff. si cert. Rectius probari potest textu l. non puto. ff. de iure fisci, de quo diximus supra, & in subsequenti casu differemus.

Contrariam opinionem probauit Parisiensis consiliū, quod Galli Parlamentum appellant, vt refert Ioannes Gallus in Arrestis Parisib⁹ in q. 130, qui cōmemorat tertium exemplum supra relatū, & inquit pro fisco fuisse pronunciata. Et quādō Didac. præcītato in loco scripsit, pro Arresto illo Parisiensi esse d.l. nō puto. Lectūdū sensum Comēsis, & l. eius, qui delatorem. ff. eo. tit. attamen mea quidē opinione textus d.l. nō puto. repugnat, vt demonstrabimus in Fra. & d. eius, qui delatorem. nil ad rem pertinet. Conferre melius vñ apud Julianum, ff. de iure fisci, vbi priuatus dicebat hæreditatem, fiscus verò vt suam vindicabat. Respondit Pomponius Iulia-

num fecitus, causam fisci prius esse tractandam. Reddit rationem ne publica causa præindicitur. Verum respōderi potest, tributum esse priuilegiū fisco solut. respe-ctu ordinis iudicati, nō respectu meritorum causa, hoc est quis sit prior in hæreditate.

Quartus est casus, quando fiscus, & priuatus sunt in pari causa onerosa. Hoc in casu tres sunt interpretum opinions.

Prima fuit eorum t̄ qui scripserunt, pro fisco præsumi iudicarique debere. Ita Bal. in l. si debitor. C. de priu. fisci. Rom. in Auth. similiter. nu. 30. C. ad 1. Falc. Soc. Sen. in l. 1. num. 6. ff. solut. matr. & ibidem Ias. nu. 4. & sic Bald. Nouellus in tract. de dote in parte nona, in primo priuilegio. Negus in tract. de pignorib. in 2. parte, in 2. mēbro, num. 17. qui cōem. testatur: sic & Didac in d.c. 16. num. 2. vers. fed & si fiscus. Et iij quidem adduci sunt primo textūl. si is qui. ff. de iure fisci. vbi in rebus quās sitis a debitore post hypothecam priuato quāsitā, fiscus, qui in tempore posterior est, preferitur: tametsi in quās sitis ante hypothecā, priuatus, qui posterior est fisco ēt expressam habent, præferatur. non solū si priuatus habeat expressam priorem, sed & tacitam sicuti considerant Dy-nus, & Bart. in d.l. si is qui. & cōem esse sensum testatur Bal. Nonell. in tract. de dote parte 10. num. 2. Verum respondet secundum Parisium in d.l. 1. nu. 13. vers. nec obstat. d. & l. si is qui. ff. solut. matr. ibi ita priuilegium fuisse expressum concessum, vt præcedens generalis ob-ligatio, & hypotheca omnium bonorum præsentium, & futurorum facta priuato impedit obligacionem factā deinde fisco, in postea quās sitis. Etsi ergo in eo fuerit priuilegiatus fiscus, non tamen in reliquis dici debet priuilegiatus. Et si recte perpendatur, idem sensit Ruin. in d. l. 1. num. 1. vers. non obstat etiam. ff. solut. matr. Secundo adducitur argumentū quod hic fiscus, & priuatus sunt pares in causa, cum vtriusque sit onerosa. Atqui quādo pares sunt probationes fisci actoris, & priuati rei cōuenienti, pro ipso fisco pronunciandum est, etiam si actor sit, secund. Spec. in tit. de teste. §. postquam. nu. 7. 10. And. in c. in nostra, de testibus. Alex. in l. 1. num. 2. ff. solut. matr. Decim in l. in ambiguis. nu. 2. ff. de reg. iur. & in c. 3. nu. 5. de proba. & Francicum Lucanum in tract. de fisco. in priu. 82. Ergo etiam pro ipso fisco habente causam pariter onerosam ac ipse priuatus, præsumendum, & iudicandum est. Ceterum respondebit potest negando minorillam propositionem, quia quādō sumus in dubio, atque ita cum non appareat de priuilegio fisci, is à parti procedit cum priuato (vt diximus supra.) At vbi in ter priuatos t̄ est contēto, & pares sunt probationes, p̄ reo est pronunciandum. l. Arianus. ff. de act. & oblig. & dicimus infra. Idem ergo est dicendum & in fisco, quidquid dixerint Speculator, & se quaces, qui moti sunt ex illa lege non puto, & similibus, quae nō probant. Tertiō affertur argumētum, quod quando t̄ late sunt duæ sententiae cōtraria, una pro fisco actore, altera pro priuato reo conuento. illa pro fisco pronunciata præferri debet. Ita Spec. & l. And. vbi supra, & Ias. in d.l. nu. 37. ff. solut. matr. Ergo & in casu nostro, vbi par est causa fisci, & priuati, pro fisco est præsumendum. Verum responderi potest, à Spec. l. And. & Iasone dissentire Comensem, Herculanicum, laconem ipsum, & Zasium in l. inter partes 15 ff. de re iud. Cum dixerunt, sententiam t̄ pro priuato reo conuento latam, aduersus fiscum præferri.

Secunda fuit opinio præcedenti omnino contraria, t̄ quod scilicet in dubio pronunciandum sit contra fiscū. Ita Bar. in d.l. non puto. ff. de iure fisci. cum d. sit, quod si duo ex art. instrumenta contractus, pro fisco, & pro priuato eadem die confessi, instrumentum priuati præsumit prius confessum. Et Bartolom. secuti sunt Matthesius notab. 71. Alex. in l. 1. nu. 3. ff. solut. matr. Et iij quidem adduci sunt eo tex. d.l. nō puto, qui (vt nunc

nunc dicimus) alium habet sensum.

17 Tertia fuit opinio t̄ quod sit in iudicis arbitrio, & facultate, præsumere, & pronunciare vel pro fisco, vel pro priuato, vt ei visum erit. Hac in opinione fuit Socin. Sen. in d.l. 1. ff. solut. matr. dum interpretatur d.l. non puto. cu-ius sensum dixit ibidem Soc. Iun. nu. 29. esse verissimum. Non puto (inquit Modestinus) delinquere eum, qui in dubijs questionibus contra fiscum facile responderit. Dubitandi ratio erat apud Modestinum, quod dicendum videbatur in dubijs questionibus esse respondentum pro fisco, sicuti, & p̄ dote, iuxta l. in ambiguis. ff. de reg. iur. cum fiscus ita multa habeat priuilegia vt ipsa dos, vti in eo. tit. ff. de iure fisci. & in tit. C. de priuileg. fisci, & diximus sup. Decidit contrarium Modest. quod scilicet non errat in dux, qui in dubijs facile respondit contra fiscum. Ratio ipsa decisionis est, quia vbi fiscus non repetit expressa priuilegiatus non differt a priuato, sicuti diximus supra. Quemadmodum ergo est in iudicis arbitrio, & potestate positum, pronunciare in causis priuatorum vel pro reo, vel pro auctore, ita etiam permisum ei est in causa fisci contra priuatum. Et hic quidem sensus semper mihi placuit, quidquid dubitent, & objiciant Ruin. in d.l. 1. nu. 4. vers. non placet etiam. & Par. nu. 12. prop̄ medium ff. solut. matr.

Secundus est huius disputationis caput, quando constentio t̄ est inter fiscum, & mulierem, causa dotis. Hoc in casu recepta est Dd. sententia, iu parti causa, in dubio esse pronunciandum pro dote. Ita Bald. in l. dotis. C. de iure dotum. & in l. ad exactiōnem. C. de dotis promissi. Ias. in l. 1. nu. 37. ff. solut. matr. & ibid. Soc. Sen. Ripa nu. 10. Paris. nu. 14. Soc. Iun. num. 36. Negus ita in tract. de pignorib. in 2. memb. tertia partis princ. num. 109. Alc. in tract. de præs. reg. 3. pt̄sumpt. 41. ad fi. vers. sed mihi placet. & Didac. in lib. 1. variar. resol. c. 16. nu. 6.

Primo affertur argumentum ductum à fortiori ex his quādō diximus supr. quod priuatus t̄ habēs causam onerosam, præferatur fisco, qui dicitur habere causam lucrativam. Ergo multo magis præferatur causa dotis, t̄ quā semper est onerosa. Verum respondet argumentationem solum concidere, quando causa fisci est lucrativa nō autem quando est onerosa. Non enim semper lucrativa est hec diximus supra.

Secundò vrgere magis videtur, quod quādō duo priuilegiati t̄ cōcurrunt, is qui habet priuilegium potētius præferatur. l. verum in fine. ff. de minor. Bart. & reliqui in Auth. quas actiones. C. de sacro. eccl.

22 Atqui dos t̄ habet priuilegium potentius ipso fisco. Ergo causa dotis præferri debet ipsi cause fisci. Illa minor propositio probatur ex l. pignus. ff. qui portio. in pig. hab. iuncta l. assiduis. C. eo. In ea enim l. si pignus. respōdit Vlpiān. tacitam hypothecam priuati, præferri posteriori hypothecā tacita fisci. Et ad idem adducitur l. vñica. C. rem alien. gere. Et tamen in d.l. assiduis. constitutum est, tacitam hypothecā, fauore dotis præferri priori hypothecā tacita priuati. Ceterum responderi potest, veram non esse minorem illam propositionē, cum text. d.l. pignus. non loquatur de hypotheca tacita, sed de expressa, quam speciale appellat Vlpiān. sicuti expressam interpretant glossa, & Doctores ibidem. Nil etiam ad rem confort l. vñica. C. rem alien. geren. quādō Soc. Iun. in d.l. 1. nu. 38. solut. matr. allegavit. Respondet secundò, quod si concedimus veram esse minorem illam propositionē, dicendum est id cōtingere in priuilegio expressum concessio doti, ob id argui non potest idem esse, quovis alio in casu dubio. Ter-

23 tio ita quoq; ac melius facit, quod dos t̄ est regulariter priuilegiata. d.l. 1. ff. solut. matr. fiscus verò non, sed certis tantum in casibus, vt diximus supra. Quemadmodum ergo pro dote præsumit contra priuatum d.l. 1. & ibi Doctores. Ita quoque pro eo præsumit contra

fiscum, qui cum nō reperiatur in hoc priuilegiatus personam priuati sustinet, sicuti diximus supra.

24 Contrariam tamen opinionem, t̄ quod scilicet in dubio præsumendum, ac pronunciandum non sit prodote contra fiscum, sed quod a pari procedat, affirmarunt Bal. Nouellus in tract. de dote in 9. parte, priuileg. r. Herculanus in l. 1. num. 5. ff. solut. matr. & ibidem Ruin. nu. 1. idem videtur sentire. Idem scribit. Traq. in tract. de iure primog. q. 17. nu. 15. Primo moti sunt textu l. 2. C. de priuileg. fisci. Verum respondetur, nil ad rem pertinere, cum ibi fisco iam obligata essent bona mariti, qui deinde contraxit matrimonium, & pro dote mulieri se obligauit. Præfertur enim fiscus qui prior est in tempore, sicuti ēt contra præfert dotis causa, si pro ea prius obligata fuerunt bona. Illius responsi verba h̄c sunt. Quamvis ex causa dotis, vir quandam tuus tibi sit condemnatus: tamen si priusquam res eius tibi obligaretur cum fisco contraxit, ius fisci causam tuam præuenit. Qđ si post bonorum eius obligationem rationibus meis ceperit esse obligatus, in eius bona cessat priuilegium fisci. Hac litera adeo clara est, vt vana sit alia interpretatio Soc. Iun. in d.l. 1. num. 39. ff. solut. matr. dum nefcio quid de illius responsi correctione communis. Secundò adducitur tex. l. sat. C. in quib. causis pignus, vel hypothecā tacite contrahitur. Ceterum respondebit Alc. in tract. de præsumptionib. reg. 3. præs. 41. in fi. & Did. in lib. 1. variar. resol. c. 16. nu. 6. in fine. d.l. 1. satis. loqui de casu priuipilari, cui tributū est speciale hoc priuilegiū, vt dos ēt vxoris ipsius primipili obnoxia sit in subsidium fisco pro debitis contractis ab ipso primipilo. Eius enim causa primipilaris fauore, multa sunt constituta. l. 1. & vlt. C. de primipilo. lib. 12. Ea ratione quidem, siquidē primipili t̄ munus erat partiri, & diuidere annonam legioni, cui præterat, vt declarat Cuiac. in l. 3. C. de cohortal. lib. 12. cuius sanè annonæ causa summè favorabilis est,

26 cum sit t̄ totius exercitus robur, nec non, & Reipub. salius, quemadmodum ad rem explicat præcītato in loco Didac. Et propterea causa h̄c dicitur adeo priuilegiata, vt comparatiū ad causam dotis illa dicatur publica, h̄c vero dotis priuata. l. 3. C. de primipilo. lib. 12. & ibidem Cuiaci. Que autem dignitas, & munus esset primipilum, declarat Didac. post Alciat. Cotareum & Antonium Augustinum quos commemorat. Tertiō vrgere videtur, qđ fiscus, & dos parificentur in priuilegijs. Ita gl. in l. 2. C. de priuileg. fisci. & probat text. §. his cōsequēs, in Auth. de qualitate dotis, iuncta l. quod quis. ff. de priuileg. creditor. In eo. §. his cōsequēs, sanctum est, quod dos præferat ei qui mutuauit in refēctionem, sic & in d.l. quod quis, fiscus præfert simili mutuanti in refēctionem. Verum respondetur dotem, & fiscum in aliis quibus equiparari, quando causa contra tertium tractatur, sed non quando inter eos, cum dos sit regulariter priuilegiata, fiscus vero certis in casibus tantum.

Sententia ad cuius instantiam prolata præsumatur?

S V M M A R I V M.

1 Sententia lata pro auctore, qui petiit in libello pro se eam ferri, ad eius instantiam præsumitur lata, & que sit ratio. nu. 2.

3 Sententia lata pro reo, qui pro se pronunciari petiit, ad eius instantiam lata præsumitur.

4 Reus in excipientibus dicitur auctōr.

5 Sententia lata pro reo presente, una cum auctore, ad instantiam rei lata præsumitur, et si dico nō dictum fuerit.

P R A E S U M P T U M. L X X I I .

CVM dubitatur, ad cuius instantiam præsumatur sententia lata, distinguendi atque confundi sunt aliquot casus.

Tomus Primus. P 2 Primus